

ctu eius defoliare arbores solent: succiditur omni tempore, sed præcipue autumnò.
 Dracūculi radix data ex melle, utilis quæ tusses sanare possit: caulem uersicolorem
 serpētis speciem præsentantē gerit. Eius semine nulla in re uti solēt. Thapsiæ radix
 uomitoria est, & si quis continuit tam superius quàm inferius purgat. Ad hæc liuida tol-
 lere potest. Suppurationes tamen alias exalbidas facit: succus eius ualidior est, &
 quidē tam superius quàm inferius purgat. Nullus seminis usus: nascitur tum alibi, tum
 in terra Attica: in qua pecudes incolæ eam nō tangunt, peregrinæ uero depascunt:
 & aut alius soluitur, aut intereunt. Fidicula semper post imbres erumpit, & semen
 nullum producit. Ebeni lignum aspectu buxo simile constat: sed decorticatum ni-
 gerrimum redditur. Vtile oculis ad cotem tritum. Målum terræ crassum, & gustatu 10
 amarum est. Nigrum, odoratum quæ, folio rotundo: quod super terrā spectetur, non
 multum est. Nascitur potissimum montibus, id quæ pro optimo effoditur. Vsum eius
 ad multa enumerant: sed optimum ad capitis ruptiones, & ad reliqua tamen ulcera
 fatis uale: & contra serpentum morsus, & ad somnum, & ad secūdas modo pessi,
 partim aqua subactō & illito, partim in melle, oleo quæ dera sum: sed contra serpentes
 e uino acelcente poto, & morso insperfo. Ad somnum uero in uino nigro austero
 attrito. At si uulua prociderint, ex aqua colluere conueniet. Id igitur numeroso re-
 ferre usu uidetur. At scammonia ueluti e cōtrario succus tantū usui est, & nil aliud.
 Filicis radix colliquata tantum in usum euenit: gustum astringit non sine aliqua dul-
 cedine, lumbricum latū expellit: semen filici nullum est, nec succum quem emittat, 20
 hæc habet: autumnò succidī tempestiue affirmāt. Lumbricum autē gentium non-
 nullis natura inesse percipitur. Habent enim omni quasi ex parte Aegyptij, Ara-
 bes, Armenij, Syri, Cilices: e diuerso Thracibus & Phrygibus nullo pacto enasci
 enarrāt. Inter Græcos Thebanis, scilicet uersari in gymnasijs solitis. Et ad summam
 Bœotijs innasci lumbricum nouimus: Atheniensibus nullo pacto. Omnium uero
 medicamentorum, quoad simplicius explicari liceat, præstantiora, quæ locis gelidis,
 aquilonijs, siccis quæ proueniūt. Quamobrē inter ea quæ in Eubœa oriūtur, meliora
 quæ ferant Aegæ: deteriora, quæ Telethrium reddat, asseuerant: sunt etenim illa
 sicciora. Telethrium autem locum esse opacum atque subriguum, certum est.

HISTORIAE PLANTARVM LIBRI
NONI FINIS.

THEOPHRASTI DE HISTORIA

PLANTARVM LIBER DECIMVS.



DE radicibus quæ medicæ sint, quas quæ uirtutes uel in se, uel in
 succis, uel etiã aliqua parte habeāt: & in totū, si quid e fruticibus,
 aut herbis uires eiusmodi sortiūtur, explicādum hoc uolumine
 arbitramur: nec differentias omittendum, quibus liquores atque 40
 odores discerni desiderent. Radicum uires permultas, multis quæ
 usibus accommodandas, naturam dedisse, facile intelligi potest.
 Sed quæ maxime uim medēdi obtineāt, has utputa utilissimas
 hominum conquirat ingeniū. Differūt istæ (ut uolumine superiori retulimus) quod
 nō ad eadē, nec in eisdē suas uires possideāt. Radices ergo plurimas penē uires in se
 & in fructibus, & in succis gestare uidemus. Sed non desunt quæ in folijs quoque ha-
 beāt: & quidē folijs insitas uires, herbas magna ex parte uocare herbarij solēt.

*Paucula hæc in libro decimo transtulit Theodorus,
 nec plura etiam apud Græcos extant.*